

անեայ յարե՛տ. *Accepisse*  
*de sanguine illius: un tuy* Est tempus præteri-  
 tum infinitivi modi, verbi անեայ Accipere.

*J* est Prepositio DE, quæ præfigitur in omni compo-  
 sitione suo nomini substantivo, quod regit, ut v.g. յանեայ  
 de sanguine. Super hæc verba, *accepisse de sanguine*  
*illius: optimè ratiocinatur Gregorius Mariakensis Episc.*  
*dum inquit: ex illius Mariæ natura induit corpus*  
*unà cum spiritu et mente.*

Երբի: *Istius, illius. Erpui* Est genitivus à  
 pronomine personali Եւ, dicitur autem ea de causa Perso-  
 nale, quia Personam, de qua sermo est, demonstrat, eamque vel  
 Primam, vel Secundam, vel Tertiam, et hanc iterum triplici  
 modo vel propinquam, vel remotiorem, vel remotissimam  
 exhibet.